

Universitätsbibliothek Wuppertal

Davidis Ruhnkenii Opuscula Varii Argumenti, Oratoria, Historica, Critica

Ruhnken, David

Lugduni Batavorum, 1823

Praefatio elogii Tiberii Hemsterhusii

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1660](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1660)

P R A E F A T I O

E L O G I I

TIBERII HEMSTERHUSII (*).

Cum mihi magistratum academicum deponenti publice dicendum esset, perfectam Critici formam in Tiberio Hemsterhusio spectandam exhibui. Quod orationis argumentum omnibus tam jucundum accidit, ut me nunquam meminerim attentius audiri. Erant etiam,

[(*) Cum duae sint hujus libelli editiones, altera anni 1768, ejusdem quo Hemsterhusium publice laudavit Ruhnkenius, altera anni 1789, bonarum Literarum commodis nos ita optime consulturos putavimus, si posteriorem, multis partibus castigatiorem, repetendam curarem, prioris varietate suis singula locis subjecta: quod fecimus duplici consilio; cum, ut utraque simul editio in hac Opusculorum collectione exstaret; tum, ut exemplo ipsius Ruhnkenii, qui unus in paucis post renatas Literas ad Veterum scribendi laudem proxime accessit, intelligerent Latinitatis studiosi adolescentes, quae sit et quam ardua res Latinae orationis facultas, quamque ad eam consequendam opus sit assidua cura ac diligentia, cum quotidiana exercitatione conjuncta. In hac quidem Praef. nihil aliud immutatum deprehendimus, nisi quod ubi in priore edit. legitur *spectavi*, nunc maluerit Auctor *spectandam exhibui*; in fine autem *meae cavendum putavi* singulari numero dixerit, pro plurali *nostrae c. putavimus*. Sed haec levia sunt, prae insigni varietate per totam orationem diffusa.]

etiam, qui hanc orationem quam primum edi cupe-
rent, ut, quam voluptatem illa audienda ceperant,
eandem illa legenda iterum capere possent. Quorum
voluntati me facilem praebui. Sed quoniam hujusmo-
di orationes, semel lectae, fere abjici solent, et in
oblivionem abire, meae cavendum putavi forma ejus
sic immutanda, ut non tam oratio, quam elogium
esse videretur. Elogium hac significatione non satis
Latinum esse scio. Sed temporum nostrorum consue-
tudini aliquid dandum fuit.